Regū x

154

Cūqꝫ quesissent ꝑ tres dies⸱eo nō
inuento redierūt⸱
De sale helisei⸱
TVnc dixerūt viri iericho
ad heliseum⸱ Terra hec
optima ē⸱ sed aqua fōtis
pessima terrā facit sterilem⸱ Qui
assumēs vas nouū terreū misit in
illud sal Et egressus ad fōtē misit
sal in illū ⁊ cum orasset ait⸱ Hec
dicit dominus⸱ Sanaui aq̄s has
⁊ nō erit in eis mors vltra nec ste
rilitas⸱ Forte morbosa erat biben
tibus cum sterilitate ⁊ sanate sūt
aque vsqꝫ ad diem hanc⸱ Cum
qꝫ ascenderet in bethel: illudebant
ei⸱xl⸱duo pueri dicētes Ascēde cal
ue ⁊ maledixit eis in nomie dn̄i
id est ꝑ nomē domini⸱ vel inuoca
to noīe domini⸱ Egressiqꝫ sūt duo
vrsi de saltu ⁊ deuorauerūt eos⸱
Cūqꝫ transisset ꝑ montē carm: li
rediit in samariam ⁊ habitabat
in ea⸱
De tribus regibꝰ qui obsiderūt
regem moab⸱
POrro ioraz filius achab
regnauit in samaria āno
xviii⸱ iosaphat ⁊⸱xii⸱ an
nis regnauit tulitqꝫ ydola gētiuz
que pater suus ītroduxerat⸱ Ve
rūtamen a cultu vitulorū ierobo
non recessit⸱ Quez cū red argueret
micheas: occisus est ab eo ꝑcipi
tio⸱vt dic̄ epiphanius episcopꝰ
salamie cypri ⁊ sepultus est ī mo
rasti solꝰ iuxta sepulturā senach
im⸱ Alius fuit post micheas⸱simi
liter morastites⸱sextꝰ⸱xii⸱prophe
tarū⸱ Porro rex moab soluebat re
gi israhel tributū⸱agnos⸱c⸱milia
⁊ totidē arietes cū vellerībꝰ suis⸱

sed mortuo achab recessit a tribu
to⸱ Quā ob rem iorā rex israhel as
cendit cōtra eū in ꝑlijs ⁊ habuit
secum iosaphat regē iuda⸱sed ⁊
iosaphat duxit secum regē edom
Cūqꝫ iuisset ꝑ desertum idumee⸱
vii⸱diebus nō erat eis aq̄ ⁊ ait io
saphat⸱ Est ne hic ꝓpheta domini⸱
Et respōdit quidā⸱ Est hic helisēꝰ
qui fūdebat aquā sup manꝰ helie
⁊ steterūt tres reges ante helisēū
Qui dixit ad regē israhel⸱ Quid m̄
⁊ tibi est⸱id est tu cū sis ydolatra
quare venis ad prophetam dn̄i⸱
Verūtamē ꝓpter iosaphat re spi
ciam te ⁊ ait adducite mihi p sal
ten⸱id est psallentē⸱ Cumqꝫ cane
ret psaltes⸱ꝑ armoniā excitatus
est spiritus eius ⁊ factus est spiri
tus domini sup euz ⁊ ait⸱ Facite
in alueo torrētis huius exiccato
fossas ⁊ foueas⸱vt abūdanciam
supuenientis aque retinē possint
Dabit enī dominꝰ vobis aquam
sine vento ⁊ pluuiam in abūdan
tiaz⸱insup tradet dominus moab
in manus vestras⸱vrbes electas
ꝑcucietis⸱ ligna fructifera succide
tis⸱fōtes obdurabitis⸱agros egre
gios operietis lapidibus⸱ Factū
est mane in hora sacrificij: irruerūt
aque ꝑ alueuz torrētis⸱ Pluerat
enī vehemēter tribus diebꝰ vt ait
iosephus in supremis partibus
ydumee⸱ Porro moabite stabāt
in terminis terre sue vt ꝓhiberēt
hostes ab ingressu⸱ Qui cuz mane
vidissent ex aduerso aquas tur
bidas torrētis sole repcussas: su
spicati sūt īfectas sāguine ⁊ dixe
rūt Surgamꝰ ad predā⸱mutuo cesi
sūt hostes ⁊ dū irruerēt ꝑcipites

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-258/0307
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG